

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtvte Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus  
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione  
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

De vacatione ob matrimonij contractum. punct. 6

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](#)

gionatum canoniearum, aliorumque beneficiorum Episcopatum vacare. Nam licet in cap. de multis incomparabili redditu sint duæ dignitates, personatus, officia aliaque beneficia curata, non videtur sub his Episcopatus comprehensus cum non fuerit expressus. Item licet beneficia implica vacent obtentione Episcopatus ex dicto eum in cunctis de electione, non tamen inuenientur à iure statutum vacare Episcopatum obtentione beneficiorum simplicium. Deinde collatio præpositi, vel dignitatis nulla est facta Episcopo, cum non sit concessa. Sed quod nullum est, nullum praestare potest effectum. Ergo hæc beneficia non possunt Episcopatus inducere vacationem.

Ceterum mihi probabilius apparet Episcopatum vacare obtentione cuiuslibet beneficij. Motus: quia quilibet beneficium est incompatibile cum Episcopatu, ita ut retinere nullatenus possit ex dicto eum in cunctis. sed Trident. Concilium sess. 7, cap. 4 inducit ipso iure vacationem beneficiorum incompatibilium, ergo vacat Episcopatus obtentione cuiuslibet beneficij. Si autem beneficium si curatum, dignitas, officium seu personatus, iuxta tex. in cap. de multis efficacius procedit Episcopatus vacatio, eo quod Episcopatus potissimum dignitas sit. Neque obstat collatione beneficiorum factam Episcopo nullius est momenti, quominus Episcopatus vacationem inducat ex cap. eum qui de præbend. quia non debet esse melioris conditions studii quam prudens, si enim legitima obtentio beneficij incompatibilis inducit præsentes vacationem, tamen inducere eam debet illegitima, & iniusta.

6. Quid si inquiras: an Episcopus incapax sit recipendi beneficia simplicia, posito quod Episcopatus tenuis sit, & insufficiens? in Negat Lessius lib. 2, cap. 34, n. 39. eo quod nullum inveniatur cautum Episcopum inhabilem sive ad beneficia futura simplicia, tametsi præhabita amittat. Probabilius tamen est oppositum nempe Episcopum incapacem esse cuiusunque beneficii obsecendi, scilicet Pontificis dispensatione. Nam esto expresso iure inhabilit factus non sit, tacite ramen factus est; dum beneficia cum Episcopatu incompatibilia sunt: hæc enim incompatibilias non tam resipicit primum Episcopatus ingens, quam illius perferantur, & durantem: sic Abbas in cap. Ecclesiæ vestra, n. 2, de electione & c. cum nostris de concessione præbend. n. 47 & 15. Garcia aliis relatis, 11 p. de benef. cap. 6 num. 44.

7. Rursum vacans beneficia omnia ob promotionem ad abbatiatum, eç Prälatum alienius Ecclesiæ regularis, seu collegiale, modo illi prelatura iurisdictionem habeat quasi Episcopatu; quia episcopatus dignitatem imitatur, secus illa iurisdictione caret. Nam tunc, cum aliis dignitatibus æquanimiter procedit. Garcia ditta 11 p. de benef. cap. 7, n. 1. Et seqq. & regula Cancell. 25 de beneficis vacantibus ob promotionem ad Ecclesiæ, vel monasteria.

## S. VI

## De vacacione ob matrimonij contractum

- Matrimonium per verba de presenti inducit beneficiorum vacationem. Aliqui censent non inducere ipso iure.
- 2. Teneendum est oppositum.
- 3. Sponsalia de futuro hanc vacationem non inducunt.
- 4. Vacans non solum beneficia, sed iura ad beneficia, & pensiones.
- 5. Contrahens matrimonium nequit beneficia retinere, aut in favorem resignare.
- 6. Item nec semel amissa recuperare absque noua collatione, tandem matrimonium dissolutorum.
- 7. Neque Ordinarius dispensare potest.
- 8. Matrimonio nullo plures censent beneficia vacare.
- 9. Probabilius est oppositum.
- 10. Limitant aliqui, ut procedat, si matrimonium nullum scienter contractum est, secus si ignoranter. Sed non admittitur limitatio.
- 11. Si in minoribus Ordinibus constitutus, contrahens cum coniunctu sanguinea, vel affine, non vacans tibi beneficia, effovantur regenda.
- 12. Idem est dicendum in matrimonio nullo ex defectu consensu.
- 13. In matrimonio nullo ex defectu formæ.
- 14. Idem in matrimonio nullo ex impedimento sacri Ordinis.
- 15. Item cum propter defectum statim matrimonium est nullum

**M**atrimonij contractum per verba de presenti inducere beneficiorum obtentorum vacationem omnium est sententia, cum Glossa in cap. 1. Et 3. de clericis coniugis, eo quod status incompatibilis cum beneficio. Nec defunt Doctores sententes hæc vacationem non induci ipso iure, sed iudicis sententian defiderat, sive Alexand. Carrerius lib. 3, de sponsal. cap. 3. Man. Rodriguez sum cap. 22. 4. n. 1. & videtur tenere Glossam cap. coniugatus verbo ad sacros ordines de coniugis coniugatus, quatenus Fera de Castro Sum. Mor. Pars II

inquit sic contrahentes debere beneficis priuati: supponit ergo non esse ipso iure beneficis priuatos. Et probati potest. Quia nullus est texus, ex quo colligatur clare hæc vacatio. Nam in c. 1. de clericis coniugat. dicitur sic contrahentes distinctione Ecclesiastica compellendos esse ad relinquenda beneficia Ecclesiastica, & retinendas uxores & in cap. quod, a 16. 3. codem tit. debet beneficio priuati, & paulo inferius esse beneficis spoliandos, & in cap. diversis fallacis 5. codem tit. cauetur esse beneficis spoliandos. Neque appareat tex. hanc priuationem ipso iure inducens. Adde isto illam induceret, videtur subtili ligendum esse posita iudicis declaratione cum satis recepimus sic leges inducentes iuris questi priuationem non obligare in conscientia, quoque sententia declaratoria acceda. Denique est tex. in cap. si qui vero 3. disp. vbi i. inquit Gregor. si qui sunt clericis extra sacros ordinis constituti, qui se contineat non posse, fortis uxores debent, stipendia sua exercitus accipere. Ergo stipendiaria, quæ ante accipiebant, non vacant matrimonio contracto, cum potius illa accipere permittantur. Idem repetitur in cap. quia tua 12. 9. 1.

2. Teneendum tamen est communis sententia, ipso iure sic contrahente priuatione esse abscque villa iudicis declaratione: sic post alios antiquiores tener. Malcard. de probat. concl. 18. 2. n. 1. Et 2. Nauarr. cap. 15. n. 1. Thom. Sanch. libellus matr. disp. 4. n. 4. Gonzal. gloss. 15. n. 43. Lessius 1. 3. cap. 14. dub. 21. num. 1. Garcia 12. p. debent. cap. 8. num. 1. Ioann. Guicci. tract. de matr. q. 97. n. 2. August. Barbol. allegat. 57. n. 22. Farinac. fragment. 1. p. verbo clericis 21. 13. Azor. 1. p. iustit. moral. lib. 1. cap. 18. q. 8. Et 2. p. lib. 7. a. 16. q. 4. & alii plures. Fundamentum est, quia hæc priuatione beneficiorum non iudicetur ob delictum cum nullum est, sed inducitur ob statum incompatibilem assumptum quo cum beneficia non compatiuntur. Ergo necessaria non est iudicis declaratione. Item contrahens matrimonium ipso facto Ecclesiastum relinquit, & eam pro derelicta habet; vacant ergo ipso iure beneficia. Neque obstant in contrarium allegata. Nam vt bene explicat Glossa in cap. 1. de clericis coniugat. verbore inveniuntur. Sic contrahentes compelluntur quod factum, & possessionem, beneficia relinquere, eo quod iniusti sunt dereniores illorum ut clare constat ex cap. diversis eode tit. ibi detinere contendit: ex quo inferni non potest ius aliquod in illis habere: immo potius ex verbo spoliandos, quo virtut, constat omni iure priuatos esse. Text. vero in cap. si qui cap. quia tua. non vident: quia, vt dicit Glossa in c. 1. de clericis coniugat. sunt iam correcti. Deinde possunt intelligi cum Panormit. ibi de stipendiis temporalibus ob aliquod ministerium in Ecclesiæ exercitum, non de beneficis Ecclesiastis.

3. Dixi hanc vacationem beneficiorum induci matrimonio contracto per verba de presenti; vt hinc intelligeres contractum per verba de futuro non inducere vacationem quia non est matrimonium, sed via illud, ac proinde non constituit statum incompatibilem. Malcard. n. 1. Et vlt. Thom. Sanc. n. 1. Nauarr. n. 120. Gutierrez. n. 1. Gatz. n. 19. Gonzalez n. 43. Lessius n. 114. Farinac. 4. p. prax. q. 168. n. 108. Non tamen est necessarium vt matrimonium sit consumatum, sufficit si de facto contractum est, quia iam est assumptum statutus incompatibilis: sic alii relat. Sanch. dicta disp. 4. n. 5. Nauarr. ea. 15. n. 110. Farinac. q. 138. n. 180. Azor. 1. p. lib. 7. cap. 16. q. 4. & alii.

4. Amplia primò, vt non solum beneficia, sed iura beneficia contracto matrimonio vacent. Quia matrimonium est statutus incompatibilis cum beneficio, & consequenter cum omnibus ad illud, Sanch. pluribus allegatis n. 7. vbi testatur neminem disparem invenisse Farinac. n. 102. Gatz. c. 8. numero 2.

Amplia secundò: pensionibus Ecclesiasticis, quæ eodem modo, ac beneficia vacant; quia loco beneficij succedunt, vt latius dixi disp. 1. huius tract. pun. 1. §. 6. vlt. & præter ibi relat. docent Tull. litt. P. concil. 8. 17. n. 9. Et seqq. Farinac. fragm. verbo clericis 21. 13. Et 4. p. prax. q. 13. n. 103.

5. Ex supradicta priuatione inferetur nullatenus posse contrahente matrimonium beneficia retinere, aut illorum fructus percipere, aut in favorem resignare, aut permutare. Quia omnia ius in beneficio amittit. Sanchez pluribus relat. disp. 42. a. n. 7. & Gutierrez. q. 97. a. n. 5.

6. Secundo in foro beneficia sic amissa recuperare non posse,

est matrimonium ingens religionis coniugis, antequam cognita sit, vel defecul illius dissoluator. Quia ius beneficiorum fæmel extinctum non requiriunt sine noua collatione. argum. clement. gratia de rescript. Et c. quam periculum 7. q. 1. Et c. que uis de conseruac. disp. 4. & pluribus firmat Sanch. dicta disp. 42. n. Garcia 11. p. de benef. cap. 8. n. 1. Gut. q. 97. de marri. n. 3. Ang. Barbara allegat. 57. n. 104. Quamvis Lessius lib. 2. cap. 34. n. 111. in contrarium inclinet.

7. Tertio infero ordinarium dispensare non posse, vt contra hem matrimonium etiam cum virgine beneficia habita retineat. Quia iure communis laicus effectus est in quo alius a Pontifice dispensare non potest; sic ex communis omnia consensu. Azor. 2. p. lib. 7. cap. 16. q. 7.

8. Controvenerat ergo inter Doctores in eo sita est an non solum matrimonio legitimo, sed nullo & invalido beneficia &

B. E. IUR.

iuta ad illa & pensiones vacantes. Quia in re duplex est sententia affitans & negans. Affitamus partem tuetur frequenter. Doctores, sed tot limitationibus eam restringunt, ut potius dici possint negationem patrem, quam affitamentum tueri. Fundamentum eius defunctorum ex ratione decidendi tex. in cap. eum qui de probands in 6. vbi obtentione irrita & nulla beneficio incomparabilis vacat primo habitum. Non enim decet (inquit tex.) ut stultus melioris conditionis, quam peritus existat vel quod inualor eo, qui iuste ingreditur privilegio gaudet potiori. Ergo matrimonio nulliter contracto beneficia vacabunt efficiens quam per matrimonium validum. Alias melioris conditionis existere et stultus quam prudens, & iniustus matrimonii iniutor, quam iustus, legitimus. Hac sententia feret ab omnibus Doctribus approbat, cum matrimonium nullum est ob impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis. Nam cum ex se contrahens habili sit ad contrahendum, quantum in se est tentat contrahere; debet ergo ob hanc attentionem beneficio privari. sic Gonz. gloss. 1. n. 44. & gloss. 57. n. 44. Garcia. 11. p. de benef. cap. 8. num. 4. Farinac. q. 138. a. num. 209. & alij innumeris apud ipsos. At si matrimonium nullum est ex defectu consensu ex impedimento ligamini eratis, ordinis, alove simili; non ita Doctores conuenient, sed in variis sententiis diuersi sunt, & non satis con sequentes, ut postea videbimus.

9. Ceterum probabilis est causa matrimonio nullo, & irritu ex quacunque causa nullum sit, beneficia ipso iure non vacare. sic alii relatis Sanch. lib. 7. de matr. disp. 43. n. 3. Lellius lib. 2. cap. 34. dub. 21. num. 113. Ratio ea est: quia nullibi haec priuatio inducta est ob matrimonium attentatum, sed ob matrimonium legitimum: de hoc enim matrimonio loquuntur texus hanc beneficium inaducentes, ut videte est in tit. de cleric. coniug. & constat ex ratione, quam subiungunt ad hanc priuationem, nempe diuini obsequi: vacare non posse, quia "xori, & voluntatibus carnis additus est. Quia ratio locum habere non potest in contrahente nulliter cum ipse vxori, voluntatibusque carnis additus non sit. Ergo per matrimonium nullum haec priuatio beneficiorum non inducatur. Deinde haec priuatio induci potest, vel in preceps delicti commissi, vel ob tacitam renunciationem vel ob assumptionem status incompatibilis, sed ex nullo horum inducitur. Non primum, quia nulla est pena que priuari iure quiescit abuso iudicis declaratio, ut tract. de legib. late diximus. Non secundum, quia renunciatione expressa non vacat beneficium, quoque a superiori acceptetur, ut hac disp. pan. 2. dictum est. Ergo vacare non potest renunciatione tacita. Quia tacitum efficacis esse non potest, quam expressum. Non tertium, quia posita nullitate matrimonii non est assumptus status incompatibilis, sed solum est tentatum assumi. Quod si dicas assumptum esse de facto, licet non de iure, sicut qui nulliter assumptum beneficium incompatibile, non de iure sed de facto illud assumit, & sicut ob hanc assumptionem beneficis habitis priuari, iur priuari debet ob matrimonio de facto assumptionem, facile respondeatur in assumptione beneficis incompatibilis esse expressum ut ambitionis via omnino praeccludatur dicto cap. eum qui: quod cum expressum non sit in matrimonio assumptione, (isto eadem ratio in vitroque casu militaris) ad casum matrimonii extende non debet. Quia leges penales ex uno cau ad alium ob similitudinem rationis non extenduntur. Et ex his fit sarti fundamentis opposita sententia.

10. Hanc conclusionem Doctores limitant, ut procedat casu quo scilicet matrimonium nullum contraheret, securi si ignoranter. Quia sciens esse matrimonium nullum, censeri non potest velle contrahere, & beneficium pro derelicto haberes. scilicet contingit cum ignorantia procedit. he Decius cors 166. n. 1. volum. 1. Imola clement. gratia. n. 1. de refut. Bernard. Diaz. cap. 80. n. 1. Contra vero Garcia 11 p. de benef. cap. 8. n. 3. procedit: censetur te contrahenter nulliter matrimonio boni fide beneficia non amittere securi si scilicet contraire: quia contrahens bona fide non facit actum beneficio contrarium, cum matrimonium nullum sit, dicimus non potest factio two beneficio renunciare; & rufus non committit delictum. Ergo non debet esse beneficium priuatus. At contrahens scilicet gravissime delinquit & statum incompatibilitem malitiosè praetendebas assumere. Debet ergo beneficium esse priuatus, argum. text. in eum qui de probands in 6.

Sed haec limitatio nullatenus admittenda est, nam si scienter, siue ignoranter processeris, non amitis ipso iure beneficia. Nam si scienter processis, solum illa amittere potes ob delictum, & matrimonio attentionem, & nullibi hoc delictum, hac pena affectum est. Si autem ignoranter processeris, cum nec delictum comittas, neque statum incompatibilitem assumas, licet assumere procuraueris, beneficia vacare non debent; non enim censuris illis renunciare, nisi cau quo vere matrimonium contraheret.

11. Ex hac doctrina infero te in minoribus, ordinibus constitutum, & matrimonio contrahenter cum consanguineis, vel affinis non priuari ipso iure beneficis obtentis; venire canem priuandii. Quia nullibi canum est huic casui annexa esse priuationem, siue scienter, siue ignoranter processeris: sic Sanch. lib. 7. disp. 43. n. 5.

12. Secundo, infero quid dicendum sit, si matrimonium fuerit nullum ex defectu consensus. Et quidem si ex parte tua fuimus defectus, eo quod ob amentiam, vel vim tibi illataam contrarie non vacant beneficia etiam in opinioni eorum, qui affirmant, ut partem tutati sunt. Quia nec matrimonium vere nullum est, neque in illo culpabilis existit iste tanquam cercum trahi Farinac. 4. p. prax. q. 138. n. 114. Bern. Diaz. in prat. e. son. 1. in fine, Gigas de pension. q. 54. n. 9. & 10. Azor. lib. 1. p. lib. 1. c. 1. q. 9. & p. lib. 7. c. 16. q. 5. Garc. 11. p. 5. 8. n. 10. Thom. Sanchez. disp. 43. n. 7. fine. Quod si ob eum malitia deficit consensus in illo matrimonio siue ficte, & simulare consenseris. Doctores allecent beneficia vacante ob matrimonium attentatum, tenent idem in hoc casu dicere. Quia factum ipso culpabilis beneficio cessat. At retenta nostra sententia, negante vacationem inducere, iure ob solam matrimonii attentionem, non amitis principi cum defectu consensus faciat deficer formam in tei contractu. Sed quid si defectu consensus sit ex parte scientie eo quod ipsa facta, vel coacte consenseris, ut vero tentari continehere? variant Doctores etiam illi qui matrimonio nullo ratione beneficiorum attribuunt. Nam Bernar. Diaz. prax. cap. 80. n. 5. Farinac. q. 138. n. 114. Azor. lib. 7. c. 16. q. 5. censent vacare quia impedimentum ex parte feminae non impedit, qui ceteris matrimonio contrahere teneret proinde beneficis pinguatur. Alij econtra censent non vacare quia deficer forma in illo contractu. Ego vero censeo in opinioni affirmant matrimonium nullum ex facto contractum inducere vacationem beneficiorum affitandum esse quoties defectus consensus inducitur ex parte feminae, & non ex parte ceteri beneficia vacare, quia de facto est matrimonium attentatum, & culpabiliter. At in nostra sententia ex hoc matrimonio nulla inducitur vacatione.

13. Tertio infero, quid dicendum sit quies matrimonium est nullum ex defectu forma requiri, nempe quia sic legimus parochio, & testibus celebratum est: Aliqui etiam illi qui censent matrimonium cum consanguineis, vel affinis contractum inducere vacationem ipso iure negant in hoc casu, cogid ex acto nullo ob defectum formae contahit non possit prius opposita actu abolire. Qui enim actu praefacta formae tollit, perinde est, ac si non praefacta: sic alii relatis Doct. 11. p. de benef. 6. n. 1. Veg. & Ma. relatis Sanch. disp. 43. n. 8. sed hi Doctores non videtur consequenter locuti. Nam matrimonium cum impedimento diremitur contractum ceterus beneficiorum priuatis, quia factum ipso tentanti statum incompatibiliter inducitur, sed eadem ratio militat, cum matrimonium nullum est ex def. ex forma requiratur. Ergo si in uno cau priuari beneficium, etiam in alio. Ut ergo in sermone sit consequentia, dictum est neque in hoc, neque in alio cau vacationem beneficiorum ipso iure induci.

14. Quarto infero, quid dicendum sit de matrimonio contractu ab ordinato in factis? Plures qui matrimonio nullum contracto vacationem beneficiorum ipso iure tribunt, negant in hoc casu habere locum: sic Bernar. Diaz. cap. 80. & lib. 1. c. 1. Farinac. q. 138. n. 104. Macfar. cœl. 182. n. 5. & 6. & puribus relatis, Garc. 11. p. de benef. cap. 8. n. 17. Mouentur quia contentious in factis est omnino inhabilis ad matrimonium: sed contentious procedunt alii Doctores relati a Gatea n. 18. Sanch. disp. 43. n. 4. Affirmantes ex hoc contentu vacationem ipso iure induci; quia consanguineus & affinis iusta gradum aliisque impedimento diremit ligati que sunt inhabiles ad contractum, ac est sacris initiatu. Ergo si matrimonium cum consanguineis nulliter contractum inducere vacationem beneficiorum ipso iure, etiam inducere debet matrimonium contractum ipso iure, etiam initiatu. Ne igitur in has in consequence deueniamus, retinenda est nostra sententia ob matrimonium nulliter contractum non induci beneficiorum vacationem ipso iure.

15. Quinto infero, quid dicendum sit, cum matrimonium est iritum defectu atrox eo quod veretur, vel alter aliorum impubes sit, neque malitia supplex retaret in inquam in hoc casu inducatur beneficiorum vacatione ipso iure. Et quidem testa nostra sententia negante ex matrimonio nullo vacatione ipso iure induci claram est ex hoc casu nullum oriri posse vacationem, cum matrimonium non sit. At posita opinione affitandum ex matrimonio nullo, sed culpabiliter, etate retrocedenti beneficiorum ipso iure, et aliquatenus difficultate in hoc casu procedat: Affirmat Staphil. ad liter. gratia, vis de variis vacationum modis 5. modo n. 9. Mandol. de statu minori q. 24. Decian. lib. 6. cap. 22. n. 7. Mouentur, quia etio illud matrimonium nullum sit, est tamen attentatum. Ergo ob aetas letalem vacare beneficia debent. Alii Doctores prout restat Sanch. dicta disp. 43. n. 5. hoc. limitat, ut procedat, si clericus pubes sit, & cum impubere contrahat, fecus si ipse pubes fuerit, quia si ipse pubes contrahat, iam fecit quantum in lectione eius ergo beneficium priuatum, tem limitata, si ignoranter processus, et ceteris si scienter.

Ceterum omnino dicendum est, non induci beneficiorum vacationem esto ipse pubes fuerit, & femina impubes. Nam talis contractus iurisdictione relouit in sponsalia de futura

juxta text. in c. vniuers. de desponsat. impuber. in 6. at per sponsa-  
lia omnes sicuti non vacare beneficia ipso iure, ergo nec va-  
canti per huiusmodi contractum. Neque obstat illi matrimonio  
attentatum, quia non ob qualibet attentationem indu-  
citur beneficiorum vacatio, sed ob attentationem culpabilem,  
nullam inducere obligacionem: sic Bernard. Diaz. p. 4.  
cap. 80. n. 6. Iulius Clarus p. 4. lib. 5. que. 73. num. 5. Courat.  
4. decr. 1. p. c. 6. §. 3. num. 4. Garc. 11. p. de benef. cap. 8. num. 20.  
§. 22.

## S. VII.

De vacazione beneficiorum ob religionis in-  
gressum.

- 1 Professione religionis tacita, vel expressa beneficia vacant.
- 2 Exciptiunt Equites professi in ordinibus militariibus; excepto ordine sancti Ioannis.
- 3 Ante professionem nec beneficia, nec pensiones vacant.
- 4 Addit. e. 6. nouitatus prorogetur.
- 5 Fratres beneficii, qui percipi possunt in absentia, nouitio ac-  
quiruntur.
- 6 Expenditur qualiter nouitius ad electionem ratione beneficij  
competenter vocari debet.
- 7 Quid dicendum de vacatione beneficiorum, & pensionum re-  
ligiorum Societatis Iesu.

**B**eneficia ipso iure vacare professione religionis tacita, vel  
expressi constans est omnium sententia ex tex. in cap. be-  
neficiis de regularib. l. 6. vbi Doctores omnes. Nam religio-  
sus professus reputatur mundo mortuus, & sicut per mortem  
omnia beneficia vacant, ita per professionem vacare debentur.  
Quod non tamen de beneficiis, sed de iure ad illa, & de pen-  
sionibus Ecclesiastis intelligendum est, sicut diximus de ma-  
trimonio pun. praecedenti, & tradit. Thom. Sanc. l. 7. in decal. c. 4.  
n. 5. & l. 3. §. 29. p. 4. & 8.

Ab hac doctrina excipiendi sunt Equites professi in ordi-  
nibus S. Iacobi, Calatravae, A. Cantaræ, quorum beneficia, &  
pensiones non vacant coram professione, eo quod non sunt ve-  
te, & propriæ religiosi, nec solemnem professionem emitant,  
& ita vere religiosi sunt, non sunt inhabiles, & incapaces ex eo  
rum votis habendi proprium. Secus vero videtur dicendum in  
Equitatu l. 6. Mandol. in casibus annualibus, n. 63. cap. 192. ad  
finem. Thom. Sanc. lib. 7. in decal. cap. 4. num. 6. Hinc sit si  
decimo quarto etatis anno fueris religionem ingressus, tua be-  
neficia illo biennio sequentia profissionem emittere non  
potes, non vacare, qui ex iusta causa nouitatus prorogatur: sic  
Lancelot. init. iuris canonici, lib. 1. it. de regularib. §. 6. §. 7. con-  
tingit, verbo probationis, quem refer, & sequitur Sanch. supra.  
Et idem est si religio ex aliquo iusta causa professionem post  
annum distulerit, beneficia vacare cenfenda non sunt.

Addit. abhinc villa causa nouitatus prorogetur, & pro-  
fessio dicitur, beneficia non vacant. Quia solum cautum est  
vacare professione tacita vel expressa. Potest autem Episco-  
pus, cui beneficium nouitii subicitur, contra nouitium, tan-  
quam contra illegitimum absensem, procedere vñque ad beneficij  
privacionem. Quod intelligendum est de beneficis residentiam  
expositi.

Hinc constat fructus beneficij, qui percipi possunt in ab-  
sentia, nouitio acquiri tamquam illius bona: quia vere reinter  
beneficii titulum, & possessionem, & tamquam de bonis pro-  
prietatis disponere potest. Garc. 1. p. de benef. cap. 9. num. 28. Sanch.  
dito lib. c. 4. num. 18. Suan. 1. 3. de relig. lib. 1. c. 6. n. 12. Dixi qui  
percipi possunt in absentia: nam distributiones quotidianæ, alia-  
que annueraria personalem residentiam expostularunt nequa-  
quam nouitio concedi debent, sed intercessentibus accedunt.  
Quia non reputari vñque prius, cum non sit ex causis à iure ex-  
pedit, & praecipue cum absit ob propriam utilitatem, Garcia &  
Suan. locis allegatis.

Solum est dubium de fructu beneficij, qui est electio, qua  
ratione nouitio competrere possit? Ponamus nouitium cano-  
nicum esse aliquius Ecclesie, faciendamque esse à canonis elec-  
tionem Praelati, vel alterius beneficij: vocandus ne est nouitius,  
vel remittendus ad electionem? Item est patronus aliqui-  
us beneficij, exigendusne est eius consensus? Videntur in vitro-  
que causa nouitium, vocandum esse; quia electio celebrari debet  
Ferd. de Castro. Sum. Mor. pars 11.

vocatis iis qui potestatem habent eligendi, si proximi sunt loco  
electionis. At nouitius canonicus potestatem habet eligendi,  
cum canonicius retineat. Ergo vocari debet, si loco electionis  
proximus existat. Neque enim, vt dicit Glossa in cap. bene-  
ficium de regularib. in 6. deterioris conditionis esse debet, qui  
ad bonum aspirat, & religiosam vitam probat; praincipiè cum  
inquietudinæ, & distractiōni, quæ ex his electionibus nasci po-  
tentant ( si frequentes sint ) occurrere possit designando procur-  
atore, iuxta tex. in c. quia proprie electione. & in c. si quis, in  
principe eodem it. in 6. sic Archidiacaon dicto e. beneficium, n. 1. & ibi  
Probus addit. ad monachum, n. 1. Bettachin. de gabellu, 7. par-  
te prince, n. 56. Mandol. in casibus annualibus, n. 66. casu 199.

Dicendum tamen est nouitium, cui iuste speciali, & singulare  
electio, seu nominatio competit, vocandum esse, seu peten-  
dum eius consensum: si quia iuste eligendi, seu nominandi, quod  
ante ingressum habebat, retinetur, & neque in monasterium tran-  
sit, & ex alia parte poterit illud ius absque dispendo religio-  
nis executioni mandare, siquidem non tenebat ad hanc execu-  
tionem a monasterio exire: sic docem. Glossa e. beneficium, de  
regularib. lib. 6. verbo conferendum, in fine. Azor. t. 1. lib. 12. c. 3.  
quest. 3. pluribus relatis Sanch. lib. 7. in decal. c. 4. n. 12. Suan. c. 3. de  
relig. l. 5. c. 16. n. 16.

Si autem nouitio iure collegij electio, vel nominatio com-  
petat, probabilis est non esse necessario vocandum: quia si  
filius eius ob statum assumptum reputatur longissime absens  
argum. t. 20. in c. quamus de procuratorib. in 6. vbi ingressus re-  
ligiosi, & longa perigrinatio æquiparatur: & Glossa verbo  
ingredi inquit etiam non profitendo, sed solum probationis  
causa. Sed longe distans vocari non debet. Ergo nec nouitius  
vocandus est, item in ille textu procurator, qui per contestationem erat Dominus litis, religionis ingressus vitum litis amittit: si canonicus amittere debet vitum vocis, quam in capitulo  
hab. bat. Addit. si ad electionem esset vocandus, detrimentum pa-  
tetur religio, cum non posset more eius facias explorare ob  
frequente nouitij è monasterio egreditum, quod fecus contingit  
cum iure speciali electio, seu nominatio competit; eaque de-  
caula regulariter non potest his electionibus commodè adesse.  
Ergo vocandus non est, quia non est necessario vocandus qui  
credatur impeditus: & ita tenet, & latè probat Glossa in dicto e.  
beneficium, verbo conferendum, in fine. Tiraquel. de retract. ligna-  
gier. §. 1. gloss. 8. n. 37. Azor. t. 1. lib. 12. c. 3. quaq. 1. Sanch. alios re-  
fert, lib. 7. in decal. c. 4. n. 10. Suan. t. 3. de relig. l. 5. c. 16. num. 16.  
Hinc sit, non posse nouitium eligere procuratorem cui vices  
suis committat, neque collegium obligatum esse illam admittere,  
qui necessario vocandus non est: Azor. & Sanch. supra. Ver-  
um si nouitius ad electionem accesserit, siue vocatus, siue non  
vocatus admittendus est, quia priuari non debet iure eligendi,  
quod habet. sic Azor. Sanch. & Suan. locis allegatis.

Hucasque diximus de vacazione beneficiorum, pensionum, &  
fructuum cuiuscumque religiosi, refat dicendum de religiosi, &  
nouitii nostræ Societatis Iesu. Et quidem si solemnem profes-  
sionem emittant, aut in gradu coadiutori admittantur, bene-  
ficia, pensiones, & fructus vacare ac vacante professione cuiuscumque  
religionis; quia in hac parte nihil est special. Verum si solum  
vota bienniæ veros religiosos constitutia emittent, pensiones  
non vacant, sed illas debet & licet retinere possunt: quia bo-  
norum dominio non priuaur illis votis statim non possint  
absque consentio Superioris de illis, et cumque fructibus dispo-  
nere. Sanchez lib. 7. in decalog. cap. 29. num. 10. Beneficia ve-  
to esto iure ipso non vacant per vota bienniæ quia ( ut dictum  
est ) illis votis non redundant religiosi incapaces habendi pro-  
prium: quæ est ratio ob quam professione beneficia vacant. At  
præscriptio nostra Societas antequa' voto bienniæ emittantur,  
resignari debent: sic habetur in 5. congregat. generali. can. 5. ibi.  
Nouitii qui ante ingressum in societatem Ecclesiastica beneficia  
quacunque obtinent fini o probationis biennio priusquam vota  
simplicia scholasticorum emittant, omnino resignant, non ob-  
stante canone primæ congregations, quia cautum erat. Ne no-  
stii qui ante ingressum in societatem, habebant beneficia, co-  
gerentur ea relinquere ante professionem nisi iubente Genera-  
li. Commissario, vel Provinciali post primum annum probatio-  
nis. Ex vi ergo supradictæ resignationis vacant, & non aliunde:  
sic Sanchez. lib. 7. in decalog. c. 4. n. 7.

## S. VIII.

## De vacazione contingente ob priuationem.

- 1 Priuatio contingere potest lege, vel sententia, & de earum dif-  
ferentia.
- 2 Haræls priuat ipso iure beneficis acquisiti.
- 3 Crimen leæ maiestatis non videtur priuare.
- 4 Qualiter homicidium priuat.
- 5 Apponuntur 4. limitaciones.
- 6 Qualiter sacrilegium beneficis priuat.
- 7 Quid dicendum de simonia.
- 8 Quid de periuso.
- 9 Quid de blasphemia.